Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

meus ate non est absconditus.
Cor meum conturbatum est dereliquit me uirtus
mea & lumen oculorum meorum & ipsum
non est mecum.
Amici mei & proximi mei aduersum me adpropin
quauerunt & steterunt.
Et qui iuxta me erant delonge steterunt & uim
faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala michi locuti sunt uá
nitates & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam & sicut
mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens & non habens
in ore suo redargutiones.
Quia te domine speraui tu exaudies domine deus meus.
Quia dixi nequando sup gaudeant mihi inimici
mei & dum commouentur pedes mei
sup me magna locuti sunt.